nº 1121 Año 1621 Sala 1ª - Leg. 284/1 Doc. 15

NOS PHILIPPUS DEI GRATIA REX

Castellae Aragonum Legionis utriusque Siciliae
Hierusalem Portugalliae Hungariae Dalma-
tiae Croatiae Navarrae Granatae Toleti Va-
lentiae Galleciae Maioricarum Hispalis Sar-
diniae Cordubae Corsicae Murtiae Giennis Al-
garbij Algezirae Gibraltaris Insularum
Canariae necnon Indiarum Orientalium, et
Occidentalium Insularum ac Terrae firmae
Maris Oceani Archidux Austriae Dux
Burgundiae Brabantiae Mediolani Athena-
rum et Neopatriae Comes Absburgi Flandriae

Tirolis Barcinonæ Rossilionis et Ceritaniæ Marchio Oristani et Comes Goccani.
Solent benigni Principes nonsolum in viros de ipsis benemeritos condigna obsequijs suis premia conferre, verum etiam postquam vitam cum morte commutauerint, vxores quoque ab eisdem relictas fauore regio protegere, beneficijsque prosequi; quo munificentia ipsorum affectæ moeroris acerbitatem, orbitatisque molestias patientius ferant. Proindeque ob grata et accepta seruitia tam per te Egregium Don Alphonsum de Cril Comitem et Baronem de Cril nostrum olim Locumtenentem et Capitaneum generalem in dicto Sardiniæ Regno et tuos progenitores nobis vtrisque temporibus pacis scilicet et belli, quam per Egregiam dominam Barbaram del Mayno Comitissam et Baronissam de Cril vxorem nunc tuam Maiestati dominæ semper colendissimæ matris meæ Margaritæ ab Austria inter alias illius alumnas (damas vulgo nuncupatas suæ Maiestatis) deseruiendo prestita et impensa, vestrum vtrique gratiam infrascriptam concedere et liberaliter elargiri

decrevimus. Tenore igitur pntis de nostra certa scientia regiaq autoritate deliberatē et consultō concedimus tibi dicto don Alphō=so comiti et Baroni de Cril, et post tui obitū dictæ Comitissæ annis singulis in et super re=gia dicti Sardiniæ Regni Thesauraria expe=cunijs processis et processuris et Iuribus regijs extractionum vulgo tratas frumenti eiusdem Regni, eam pecuniæ summam seu quantitatē quam capient et seu verius capere debebunt in=na prædicta dictæ regiæ curiæ pertinentia seu pertinere debentia pro extractione septem mille mensurarum vulgo estareles frumenti ab eodem Regno in beneficium et commodum nræ regiæ Curiæ extractarum siue extrahendarum, compu=tando Iura prædicta iuxta maiorem seu altiorem extimationē, hoc est pretium, quo vno quoq anno prædictarum extractionum pro singulis mē=suris siue stareles concessa vel distracta fue=runt et a cætero concedentur vel distrahentur, solutionem modo prædicto faciendam inchoan=do a die decima Aprilis anni proxime elapsi qua dictum minus locumtenentis Colligi=

tanei generalis exercere desijsti, et postea per
vos dictos Comitem et comitissam respective
seu vestrum legitimum Procuratorem haben=
dam recipiendam exigendam et recuperandam
dum de nra mera et libera voluntate processe=
rit. Hoc declarato quod si ob sterilitatem
vel aliàs extractiones frumenti ab ipso Sar=
diniæ Regno aliquo seu aliquibus annis ne=
quaquam concederentur, volumus in proximè
sequenti anno quo concedentur, summam seu
quantitatem predictam quam capient seu
capere debebant jura regiæ curiæ pertinentia
vel pertinere debentia ratione extractionis
dictarum septem mille mensurarum siue sta=
relis frumenti iuxta maiorem vel altiorem
æstimationē hoc est pretiū seu valorem frumen=
ti in beneficium nræ regiæ Curiæ eo anno ex=
tracti seu extrahendi vobis absque ulla mora
et diminutione satisfieri, tam pro anno pre=
dicto, quo dictæ extractiones concedentur
quam pro preterito seu preteritis et vno=
quoque eorum quo extractiones concessæ non
fuerint, Quam quidem solutionem vobis

seu legitimis procuratoribus vestris respective cum
annis singulis volumus et intendimus faciendam
dam absque praeiudicio salariorum et consignationum
nationum ministrorum nostrorum illis super
dictis Juribus etiam ad effectum demos in hac
curia conducendi factarum et forsan facien=
darum, quae ex Juribus et pecunijs praedictis
hactenus solui consueuerunt vel aliunde solui
non possent: Post praedicta vero hanc gratiam
et concessionem caeteris omnibus alijs assignatio=
+ nibus pensionibus siue consignationibus an=
nualibus gratiosis, quae virtute et in vim pri=
uilegiorum tam a nobis quam ab antecessoribus
nostris aut alias concessorum in et super dictis
Juribus regijs processis et processuris ab extra=
ctionibus frumenti ex dicto Sardiniae Regno
modo percipiunt et in futurum percipient et
percipere debent quaelibet personae cuiusuis
generis gradus et conditionis existant; ita et
taliter quod si aliquibus personis (exceptis
quoad ea, quae supra dicta sunt, ministris supra
dictis) antequam vobis dictis Comiti et Co=
mitissae, gratiae et concessiones eis factae soluantur

volumus et expresse iubemus tenore p̄n̄tium, quantitates huiusmodi personæ seu personis solutas, nullomodo per Magistrum Rationalem nostræ regiæ curiæ in dicto Sardiniæ Regno eiusve Locumtenentem vel alios ad quos spectet in computum admitti non obstantibus quibuscumque Pragmaticis et alijs ordinationibus in contrarium facientibus, quibus quoad effectum huius gratiæ et concessionis derogamus, ipsis nihilominus quoad cætera in suo robore et vigore remanentibus. Et ne prædictorum ignorencia valeat allegari, volumus et iubemus chartam hanc et Privilegium siue gratiam in registris officij dicti Magistri Rationalis continuari et registrari. Itaque vos dicti Comes et Comitissa respectiue vigore præsentis nostræ chartæ (dum de nostra mera et libera voluntate processerit) habeatis, recipiatis et consequamini, vestrisque usibus et utilitatibus applicetis annis singulis summam seu quatitatem pecuniæ prædictam correspondentem pretio seu valori Iurium dictæ nostræ regiæ curiæ pertinentium seu pertinere deben=

trium ex dictis septem mille mensuris siue

starelis frumenti iuxta dictam altiorem seu

maiorem aestimationem supradictarum ex=

tractionum in beneficium et commodum (ut

praedicitur) nostrae regiae curiae factarum

et faciendarum singulis annis modo quo

supra. Hoc etiam intellecto et declarato

quod si et vbi vos dictus Comes fueritis

per nos prouisus de aliquo munere seu officio

vestrae qualitati competenti, vel si fuerit

vobis facta gratia de aliqua praeceptoria

siue commenda aut aliis re[d]ditibus equiualentibus,

quolibet dictorum casuum cesset huiusmodi

Concessio, quam vobis cum praesenti fa=

cimus: sine praeiudicio tamen gratiae quam

dictae Comitissae concedimus, quam nihilomi

nus post vestri obitum suum volumus sor=

tiri effectum. Hanc itaque assignationem

et consignationem facimus vobis dictis don

Alphonso de Cril et donnae Barbarae del

Mayno respectiue sicut melius dici potest

et intelligi ad vestrum sanum syncerum

et meliorem intellectum. Volentes et

expresse decernentes quod nostra huiusmo=
di gratia et concessio sit et esse debeat vobis
respective stabilis realis valida atque
firma nullumque in iudicio aut extra
sentiat impugnationis obiectum defectus
incommodum aut noxae cuiuslibet alterius
detrimentum sed in suo semper robore et fir=
mitate persistat. Regenti propterea no=
stram regiam Thesaurariam in praefato
nostro Sardiniae Regno illiusque Locumtenenti
qui nunc est et pro tempore fuerit dicimus
praecipimus et iubemus quod satisfactis sa=
larijs et consignationibus praedictis ministris
nostris competentibus alijs solitis expensis
praedictis extractionum frumenti, et seu quae
aliunde solui non possent, illico primo lo=
co et ante omnia vobis dictis Comitibus seu
procuratoribus vestris legitimis respective
pecunias vobis vigore huius gratiae et con=
cessionis modo praedicto debitas et a caetero
debendas nullo alio ordine seu mandato
a nobis vel a quolibet ministro nostro ex=
pectatis, sed sola vestra dictorum Comitum

GOBIERNO DE ARAGON

et comitissae seu procuratorum respective
apoca de soluto a die praedicta decima Apri-
lis anni proxime lapsi inantea solvat et tra-
dat realiter et cum effectu annis singulis
silicet de quadrimestri in quadrimestre;
Recuperaturus singulis solutionibus apo-
cas opportunas de soluto, in quarum prima
tenor huiusmodi omnino inseratur: in
reliquis vero tantummodo fiat mentio spe-
cialis sui ratiocinij tempore producendas
et per supradictum Magistrum Ratio-
nalem seu alium ab eo computa audituros
admittendas, prout serie praesentis admitti
mandamus, dubio difficultate consulta si-
nistra interpretatione aut alio quovis
impedimento cessantibus quibuscumque.
Volumus autem et expresse iubemus
quod ob aliquam seu aliquas huiusmodi
assignationis et consignationis cessatas
solutiones non possit per eos dictos Co-
mitem et comitissam respective, procura-
tores haeredes vel successores vel eorum

Ex^n.

10

quoscumque sub quauis via modo vel
forma apponi grauamen seu grauamina
aut alia quauis impedimenta in celebra-
tionibus curiarum generalium et particu-
larium vel Parlamentorum quorumcumque
propter quae dictae Curiae seu Parlam.ta
in aliquo impedirentur seu retardarent.
Et casu quo apponantur volumus per Judices
grauaminum seu liquidatores non admitti
sed omnino repelli prout nos tali casu nunc
pro tunc repellimus et pro repulsis habe-
ri volumus, quodque nostra dicta gra-
tia concessio assignatio et consignatio ta
respectu praeteritarum quam futurarum
solutionum omnibus viribus careat et
effectu ac si per nos concessa non fuisset.
In cuius rei testimonium praesentem
fieri iussimus nostro regio communi
sigillo in pendenti munitam. Datt.
in Coenobio S. Laurentij die vigesima tertia
mensis Octobris anno a natiuitate

Domini millesimo septentesimo vige=
simo quarto, Regnorum nostrorum quarto.

Yo el Rey

Dominus Rex mandavit mihi
Thomæ Fernat, Visa per Comitem gene
ralem Thessaurarium, Don Salvato:
rem Fontanet, Villar, Castelvi et
Calba de Vallsera Reg. Cancel. [illegible]
Don Ludovicum Blasco, Navarro de
Arrota etiam Rm. et me p Cons. gnali.

Consdeño ps
Villar Rs.
Calba de Vallsera Rs.
Navarro de Arrota Rs
Fran. de Sauareda
magister Racionalis.

V. Don Sal. Fontanet Rs.
V. Don [illegible] de Castelvi R.
V. Don L. Blasco.
V. Fernat p Cons. gnali

V.M. haze mrd al Conde y Baron de Erill durante su vida y la de la Condessa su muger de que se le pague en la Thesoreria real de Cerdeña todos los años el valor de siete mil estare= les de trigo q. se sacaren de aquel Reyno al mas alto y subido precio en favor de la Regia Cor= te, y que esto le corra desde el dia q. dexó el cargo de Lugart. y capitan general de el dicho Reino.

Consultado

In Sardinie viij
L. =x= viij

Solvat quinq. mille ducentos
et quinquaginta solidos

+

A xvj de Junio de M DCxxv. Caller

El atras contenido R.l privilegio de la merced echa por su Mag.d al egregio
Don Alonso de Cervil y a la egregia doña Barbara de Almayno su muger condes
y Barones de Cervil fue presentado y notifficado por mi escrivano infrascrito
en presencia de Agustin Don Fante notario y secretario de la procurac.on
Real y de Gregorio de Osorio salmitero de la Regia corte que a dha pres.en
sirvieron por testigos al noble Don Julian de Abella Reg.te la general thess.a
en este Rey.o Tesoreria por su Mag.d, el qual aviendolo entendido a
respondido lo obedece y esta promptissimo obedecer lo que en el ordena
y manda su Mag.d etc.a largamente etc.

Sebastian Velasco Esc.no de
Registro del officio del Rac.l

Queda Registrado en el officio del maestre Racional de este Rey.o
Receptoria a c.as III del Registro de privilegios del año 1623
digo M DC xxiij Años idem. Castro Esc.a de Registro

\+

Condesa. de. Tril.

GOBIERNO DE ARAGÓN